

CAV T I O.

In quo exemplo, idē genus alijs, obseruandum, vt si velis habere numerum vltimo loco constituen- dum, esse sumendos digitos, qui vnitatem minorem constituant numerum quā sit is locus quem habere cupis. Quia in colligendis istis numeris primo loco subscribitur Ziphra, secundo verò vnitatem, & sic deinceps, vt in predicto iā exemplo, positus principio ordine aliquot numeris.

2, 6, 18, 54, 162, 486.

0, 1, 2, 3, 4, 5.

Si cupias habere numerum decimo ponendum loco, hoc est vltimo, sume numeros, quorum digitus nouem faciant, vt 162, 486, quæ multiplicata & diuisa, faciunt 39366, vltimo loco ponenda, idē tantum faciendum, si queratur locus vltimus. In medijs non item.

Iam multiplico vltimum progressionis numerum per eundem, per quem reliqui sunt multiplicati, videlicet per tria, fiunt 118098, ex quo numero aufero primum progressionis, & manent 118096, quæ diuido per vnitatem minorem illo, per quem reliqui sunt multiplicati, videlicet per 2, & proueniunt 59048 oboli, quæ est summa pecunie, pro equo numeranda.

Hor. Valer
in istis non
ab vnitatis
incipiunt
Quo vero ab
initio initu
habet illa
desiderant
in minus
ros, du' di
g' nos plura
5